



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Thomas Tzugi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

P. Thomas Izugi.

Iapon.
Nangasacki.
 6. Sept.
 1627.
 etat. 56.
 Soc. 38.

Fides.

Oratio.
Mors.

Cum pro re Orthodoxâ præclarè apud suos Iapones fatageret gratâ dicendi affluentiam ut disertus ita impiger, ab ipso diuino sacrificio peracto in custodiam detrusus, multifariam à suis blandè seuerèque tentatus, effusâ quantâ maximâ poterat, felicis facundiæ copiâ se ignibus pro Christo deuouebat. Cum duobus suis comitibus ad flammam damnatus, post sudores genti suæ 34. annis laudatè impensos, in ignis medio de Christi patientis tormentis, ac de fide Catholicâ magno verborum pondere perorauit. mox voce incantum flexâ; *Laudate Dominum omnes gentes;* cantauit: & inter canendum extinctus est. Illud admirabile, ac Iapo-

po-

ponibus & Lusitanis testibus
luculentis (qui ipsi adfuere,
ac rem accuratè oculis lu-
strauere) exploratum est;
pectus mortui P. Thomæ ul-
trò apertum dissiliisse; & ex
illo visam egredi rubram
flammam, quæ sursum in
cælum sublimis volatu igneo
splendens abierit, eorum-
que qui hæc spectauere Chri-
stianorum corda mirè ac-
cenderit.

P. Stephanus Pongræcz.

Aluinciensis domo, Phi-
losophiæ Theologiæque stu-
dijs in Societate perfundus,
septem annos posuit in iu-
uentute Rhetoricis, aliisque
disciplinis erudiendâ. Tum
scholis, & conuictoribus præ-
fuit; & ad populum pro di-
dignitate dixit. In Casso-
uensi hæreticorum turbine
vnâ

*Ignis pe-
toris.*

*Hunga-
rus.*

Cassouia.

7. Sept.

1629.

ætat. 40.

Soc. 18.